

Mythologia, Venise, 1567 - V, 06 : De Pane

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[48\] : De Pane](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 06 : De Pane](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 07 : De Pan](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 06 : De Pan](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - V, 06 : De Pane, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/857>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4

Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 137v°-140v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Pan](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae.

Sola enim sapientia rebus omnibus dominatur, quæ neque vias cœli mutationes, neq; fortunæ minas pertimuit. Hunc, quoniam Deorum cunctum putauit, non solum pro orationis vertute, aut pro sapientia, quæ voluntatè Deorum indicaret, acceperunt, sed pro illa diuina vi, quæ diuinatus in mentes hominum infunditur, quæque res humanas omnes mirificè in suo ordine componit. & conseruat. Hanc, ubi somnia in mentes hominum infundere opinabantur, Mercurium somniis praefelle dixerunt: ubi rerum nascientium ac morientium vicissitudines intuebantur, idque non sine Deorum voluntate fieri putarent, voluntatem illam ac vim diuinam, quæ ad ortum res perduceret, aut humandas, siue ad inferos deduceret, vocavunt Mercurium. ita ut modo sit ratio animæ nostræ, modo ratio & sapientia diuinæ voluntatis, vnde anima nostra defluxit Mercurius appellatus. Hac autem illi fuerunt tributa, quod is primus mundum à Deo creatum, & nō sine diuina prudenteria gubernari hanc tam diuersarum rerum mirabilitatem posse conspicisset; omnemque Deorum cultum inter mortales instituisse, vidissetque sine Deorum nutu nullum fieri posse ortum aut interitum. His igitur de causis quia rerum diuinatum cognitionem ad nos detulisset Deorum nuntius creditus est. quod rationem ortus & interitus diuinatus fieri docuisset, dicitur cum Plutone & cum Ioue colloctus fuisse, earumque legum arcana hominibus explicasse, quare animabus mortuorum illum ducem arbitrari sunt, cum alias ad inferos, alias in corpora reduceret. ac de Mercurio satis, nunc de Pâne dicamus.

De Pâne.

Cap. V. I.

Pan vero, quem pastorum, venatorumque Deum, & uniuersæ vitæ rusticae præsidem crediderunt antiqui, cuius filius fuerit, non satis constat; quippe cum varius eius ortus à diuersis scriptoribus tradatur. scriptum reliquit Homerus in hymnis Pana fuisse Mercurii filium, & bicornem, & capipedem in his;

Āπίπει ἡράκλειον φίλον γένεται παῖς,
Αἰγαίοισιν δειπνεῖται, φολόεπεται.
Dicite Mercurii mihi prolem, dicite Musæ.
Capipedem, cantus & amicam, deinde bicornem.

Duris autem Samius in eo libro, quem scriptus de Agathocle, Penelopen cū omnibus procis rem habuisse scriptus, è quorum congressu Pana inquit natu fuisse. Epimenides vero poeta Pana & Arcadem geminos è congressu Iouis & Callistus natos fuisse sensit; cum tamen Aristippus Pana è Ioue & Nympha Oeneide procreatum fuisse maluerit. Alii Penelopes & Ulyssis filium putarunt, ali ex æthere & Oeneide siue Nereide natum inquiunt; Achæus poeta è Cœlo & Terra: nō desuerunt qui Iouis & Hybreos siue iniuriz, ut et statutus Isiacus. Herodotus in Euterpe Penelopes & Mercurii filium fuisse scriptus, ut eit in his; οὐδὲ τὸ ίδεινον εἴπει. Εἰ τοῦτο μή τοι γράμματα ποιεῖται, τοῦτο ταῦτα εἰ μη. Panū vero Penelopes. Ex hac enim & Mercurio Pan natus esse dicitur à гречес. Qui Penelopes & Mercurii filium tradiderunt illi Penelopes in Taygeto monte armenta patris Icarii custodientem à Mercurio conspicitam & amatam fuisse inquiunt, qua cum alio modo se non poti possit speraret, in hircum pulcherrimum vestitur, cuius illa capta vel amore

Mythologiae

Hic Deus existens ouium sit pallor, & idem
Mortalis seruit Dryopis califacius amore.

Hunc altera manu fistulam, altera baculum incuruum gestare solitum di-
xit Lucianus in Baccho. At Theocritus non unum, sed plures Panes vide-
tur putasse, cum scribat in Amoryllide;

τις τινας περπλέγεται
Εποδος, οντινος ακτηνος λόγοισι.

Es simili genere ortus

Vel Satyris, vel exura recordis Panibus ipse.

10 Existimarent antiqui Panz montium esse praesidem, omoiaque armenta &
greges, qui in montibus vagarentur, in hinc esse tutela: quippe cum in ab
Arcadibus fuisse in Mænalo monte educatus. quod vero montibus praes-
set, ita tellatur Hom. in hymno;

Ἐποδος λίθοις προστεταλμένοι
καὶ στρυμόνες ἐρύνοι, καὶ περπλέγεται λόγοισι.

Ille niuosa iuga est sortitus, summaq; montis
Culmina; sexosq; colles cullodit & idem.

Ea de causa Virgilii in primo Georg. Panu custodem ouium, & paflorum
praesidem appellavit in his;

10 Ipse nemus linquens patrium, saltusq; Lyczi:
Pan ouium collos, tua si tibi Mænala curæ. & inde
Fortunatus & ille, deos qui nouit agrestes,
Panaq; Syluanumq; senem, Nymphasq; sorores.

Fuit etiam venatorum Deus, quem maximè Arcades coluerunt: qui si fa-
uisse putaretur venatoribus, ab illis colebarunt a venatione reveris: at si fru-
stra laborassent, scillas in illum conficiebant, vt tellatur in his Theocritus
in Thalysia;

τις τινας περπλέγεται μάζαι φίλοι, μὲν τέ τι μάζαι
δραστικούς αὐτούς περπλέγεται μάζαι
τάναι πατέρων, οἳσι σπια τελε μάζαι;

30 Illud si facies scillarum vēbere crebro
Mox latus, aut humeros non percutiere reveris
Arcadicis, cum parua caro est venantibus illis.

Atque Ouid. in epil. Phœdræ vna cum Diana Panes & Satyros venantium
ita praesides facit;

Sic tibi secretis agilis Dea saltibus adit.

Sylvaque perdendas praebat alta feras.

Sic laueant Satyri, montanaq; numina Panes.

Et cadat aduersa cuspide folius aper.

40 Sed quid venatorum Deum fuisse dicimus? ipsem Pan fuit venator, vt ait
Theocritus in Thyrside;

τις τινας περπλέγεται μάζαι μάζαι
τάναι πατέρων περπλέγεται μάζαι
nam Panz timemus,

Venatu vt redit defessus, fit grauis ille.

Memorix prodidit Iacius Pana Deum Echo adamasse, quare eum maritum
Echus appellauit Thextetus in his carminibus;

εἰσῆρετο, παλιστήρι, ἵραρατο μίστη ἔχει,

μαίνεται,

*Montius agus, cultos ouium, cornutus, & Echus
sonox, concta videns, letus & arboribus.*

Ex illa filia Syringa dicitur, quae Medeum dedit medicamina ad capiendum. *Hic alrm amauit pollea Syringa nympham, quae in palustres calamitos fuit conuersa, ut ait Ovid. L. Metam.*

*Panzij, cum prensam sibi iam Syringa putaret.
Corpo pro Nymphæ calamitos tenuisse palustres.*

Mox calamis à vento agitatris, sonumque facientibus syringis fistulam ex iis fecit, ut ait Ovid. Fuit etiam à Luna amatus, cum in noctem arietem pulcherrimum se convertisset, quod testator Virg. in 3. Georg.

Monstre sic nocte latus, (si credere dignum est)

Pan Deus arcadic captam te Luna fecellit.

Fima est hunc cum Cupidine aliquando fusile colluctatum, & vinctum. Dicunt pateres Cererem iracum Nepruno, de quo, ut quidam voluerunt, equum; ut vero ali Heram peperit ab Arcadiis vocatam, indicatam Ioui à Pene fusile. Nam cum Cerer ea, quae de rapto Proserpinæ contigerunt, audiisset, uant ipsam Cererem se in specum abdidisse ibi in Arcadia sumptis vestibus lugubribus, & lucem vitasse: quare accidebat ut omnes terræ fructus interirent, ac peltis homines paxim conficeret, cum Di omnes ad Cererem quarendam miseri fuissent. Pan inter venandum serunt ad Elaium Cererem vidisse ac Ioui indicasse, quam per Petras Iupiter placauit, ut testatur Paus. in Arcadicis. multæ res gestæ Panos commemorantur: nam & timorem Gallicorum hostibus per noctem immisisse dicitur, cum Greciam Brenno duce invaserunt, quo illi in fugam sunt versus & Atheniensibus in bello nauajopem tuliti & medos profigunt, ut testatur Simonides in his carminib.

*Tu, pax, non tu, tu, tu, tu, tu, tu, tu, tu,
tu, tu, tu, tu, tu, tu, tu, tu, tu, tu, tu,*

Arcada, capripedemq; in Medos Panz locauit

Me pro Cecropis gloria Mithridax.

Hic etiam Typhonem dicitur retibus implicuisse. Colerunt Panz pescatores etiam, cum in locis mari propinquis plerunque versaretur, quem etiam *Syphos*, siue per mare vagantem Sophocles in Aias appellauit. Colebatur in promontorii precipue, quae mari alluebantur. Offerebatur hinc Deo lac & mel in pastorum poculis, quod significauit Theocritus ita in Viatotibus;

*Tunc hercùs pīrātūs tūz esānākēs,
hercūs tūz rēpīlās pālētūs tālēz epi i gās.
Panī očō flātūm spūmātūs pocula lāctis.*

Totiq; Syphos cum melle tanos, ceramq; tenentes.

Quare nos rite sacrificabam, qui tanos illi immolabam, aut qui in aureis poculis lac vel vinum offerebant, cum vase ex eo metallo superis ac celestibus Deis, non autem terrellibus, vel pastorum curam habentibus conuenient, quod significauit Apollonius Smyrnæus his verbis;

*Krīpīpātūs dāz, vīz, zīpītās dāmāz,
Tālēz, tālēz zātās pīlēpīpīz,
qāl zāpī tāpās wāpī zāpīdātās qātāz,
qātāz, qātāz qātāz tāpās tāpīpīz.*

Mythologiae

Haec i sepe paret, abriles, & pueriles
Bibi i qui ex diuis & diversis eis nascuntur.

Sum Deus agrestis, cur his sunt aurea sacris
Pocula? quod vinum funditis Italicum?

Ad petram cur ita taurus ceruice ligatus?

Parcite: non haec est victima grata mihi.
Pan montanus ego sum, ligneus, ipsaque vestis

Pellicea est; mussum e fictilibusq; hibo.

Atque de Pane Deo quæ fabulosè dicta sunt ab antiquis, explicauimus; nunc
10 quid Pana esse putauerint, perquiramus. Lucianus in concilio Deorum Bac-
chum semi hominem mitra ornatum ac ebrium semper serè, effeminateum,
mollem, propè infantem, vinum à matutino tempore ad siderum usque ortū
redolentem hunc deformium Deorum agrestium chorum introduxit scri-
bit; Pana, Silenus, Satyros, qui agrestes fuerunt homines, & capraturum custo-
des saltationibus dediti: quorum corporum formæ ob deformatatem fuerunt
insignes. Dicitus fuit Pan, ut alii voluerunt, quia ex omnibus procis natus sit.
at Homerus in hymnis quia Deorum omnium mentes dele clauerit cum ci-
tharam nuper natus scitè pulsaret, vt est in his;

20 Panaq; dixerunt, quia cunctos iuuuerit idem.
At Orpheus Pana vniuersam naturam esse intellexit, quippe cuius elemen-
ta & cœlum sunt membra, vt patet ex his versibus;

Bacca rado sparsim fuit, atque tibi cœpunt.
Uponis, uidi baccharas, id quæris tuusq; Amas,
qui tuus illius es. Taliq; papa mihi dicit te macte.

Pana voce magnum, qui totum continet orbem,
Qui mare, qui cœlum, qui terras frugiferentes,
Accenumq; ignem. haec Panos sunt omnia membra.

Alli Pana solem esse putarunt, tanquam gubernatorem & moderatorem re-
30 rum omnium, quem idcirco Pana vocarunt. Pana idcirco dixerunt esse Mer-
curii filium, quia cū Mercurius sit vis diuina ac voluntas, vt diximus, que-
res ad occultum perducit, ac Pan naturalia simplicia corpora, vniuersa illa a di-
uina voluntate gubernantur; quam eandem vim cum aliquando Iouem di-
cerent, Mercurium Iouis filium finxerunt. Nihil vero est aliud Pan, quam na-
tura ipsa à diuina prouidentia, menteq; proficisciens ac procreans. Plato ta-
men in Cratyle videtur Pana orationem potuisse, quæ à Mercurio, sive ab an-
imi cogitationibus ratiocinationeque proficeretur: atque cum superior
pars esset panos pulchra, & homini persimilis, inferior deformis, & persimi-
lis brutis, putauit diuinum ac verum in Diis esse, falsum in multis hominū.

40 Quod vero ex omnium procorum congressu cum Penelope natus sit, id pri-
mus abhorret ab ipsa natura, quippe cum vasculum sceminx, quæ semen geni-
tale excipit, statim claudatur, ita vt neque accipiendo neque emittendo om-
nino pateat cum ex uno viro accepit, donec sœtum auxerit & absolverit.
Neque potest vilum animal ē diversis matibus procreari. At quoniam Pan
vniuersa corpora naturæ continet, vt nomen significat, dicitur ex vniuersis
quæ existunt esse genitus, sive ex omnibus consilere. Qui mercurii filium
esse tradiderant, Pana nuper natum in pelle leporis aiunt à Mercurio fuisse
inuolutum, & in cœlum portatum, vt tellatur Homer. in hymnis;

ppp

*Εργαλεῖα τοῦ θεοῦ εἰς τηνῆς αὐτούς
Διάφανα τὰ μεταλλικά τὸν πόνον λαμπάται.*

Montani leporis vellitum pelle Deorum

Mercutium, superum in sedes pater attulit ipsum.

Illud sanc*t*e significat nihil aliud quam rerum naturam statim natam celestissimo motu agitari eppicam. Nam quis nesciat omnia quae sunt velocissimo celorum motu circundari? Aiant præterea hunc à Nymphis educatum fuisse Thaleris Milesii opinionem secuti, quia non solum humor rerum omnium auctor creditus est ut ait poeta, qui Oceanum rerum omnium patrem, matrē Tethym appellauit, sed etiam putatus est omnia conseruare & nutritre: qui idem Pan cum omnia postea complexus sit, dux & princeps Nympharū diu*nus* fuit. At nūc formam corporis, & cur talem illum fixerint, inquiramus. Pani cornua ad Solis imitationem tradiderunt, cū eundem Solem esse credentes. Alii pardalis pelle, at non leporis induitum fuisse maluerunt, quā formā alii ad stellarū similitudinē datam putarunt, alii ad terrę formā, q̄ multiplicia animalium & planarum genera procreat, fluviorumq; & montium varietatem mirificam, mariaque compluta, cum alibi & sterili & arida sit, quibus rebus tanquam maculis multiplicibus distinguitur. Neque aliud tantè partes inferiores Panos hirsutæ significant, quam syluarum & arborum frequentiam. Caprini pedes repentinos subterraneos motus, vel ut alii maluerunt, terrę habitatem, atque mutationes aubium, quae sunt in aere, significant. facies rubra ætheris naturam, fistula septem calamorum modo ventorum varietatem, modo harmoniam septem tonorum celestium. Huic alii falcem, alii virgam tribuerunt: qui falcem, nihil aliud esse putarunt quā industria naturæ in amputandis superuacaneis, quod & ad generandum & ad conseruandum singula necessarium est. qui virgam, potestatem naturæ in rebus omnibus indicarunt, cum illi quasi sceptrum tribuerint, alii cornua Pani tanquam soli tribuentes barbam eius promissam solis ipsius lumen esse dixerunt; qui idcirco habebat fistulam, quia per calorem solis omnes ventorum flatus oriuntur. Caprinos idcirco habebat pedes, quod ea vis, quæ in omnia corpora per solem porrigitur diuinis corporibus adiuuatis in terrę elementum peruenit ac definit. Neque illum alium quam solem putarunt, qui montium præsidem Panum, & pastorum & venatorum Deum dixerunt: sol siquidem animalibus omnibus plutimum cōfert, per quem & pabulorum vberitas sit, & penuria: quare illum in prato amenissimo inter suauissimos flores fistula canentem inducit Homer. in his;

*Αιρυψίου ἀγαθάκαιον φύσις μαλακή
& μαλακὴ λαβεῖται, τελὶ αρπαξ, οὐδὲ παντού
ένδυται λαίμονα καταπιεύεται δέ περ φύσιν.*

Canticis est tota Ieracut mente sonoris

In molli prato. crocus illie, atq; hyacinthus

Spirat odoratas inter quam plurimus herbas.

Dicunt illum fuisse cum Cupidine colluctatum, & ab eo vinctum, quis, ut diximus, amor & litigium principium fuisse rerum naturalium putata sunt. Amor enim procendi materiam excitat, & in omnes formas ad generationem effingit, quæ ita dicitur ab opifice superata dum cum illo colluctatur. Fama est præterea Echo fuisse à Pane amatam, quippe cum celorum harmoniam Echo esse putarent, quæ redundaret è ratione motuum. Atque ad septē plane-

15

20

30

40

Mythologiae

planetarum imitationem sepeem chordas: um instrumenta musica prias fuerunt inuenta, quamvis Severinus Boethius in libro de Musica et sellere constat Pythagoricorum opinionem, qui cetero harmoniam efficere censuerunt, cum nulla sit sine aere. Pan igitur omnium mortalium primus, vel Deorum potius, creditur e septem calamorum concinna inter se connexis fistulam excogitasse, quae ita ait Virg. Aeglo. 2.

Pan primas calamos cera coniungere plures
Instituit.

- 10 Hec eadem causa fuit, cur Syringa Nympham à Panem amatam fuisse finxit antiqui, quæ cum vim effugere non posset in calatum fuit conuerita. Nam cum ad ripas Ladonis fluminis Pan aliquantulum constitisset, ventusq; calamos leviter agitat et quidam perforati harmoniam emittere, ac suauem sonum deprehensi sunt; hos carpens Pan fistulam, cum illos inflasset, per latum inuenit: qui calami cum nati essent in Ladone flumine, & syringa siue fistula quæ sonu emittebat vocata fuit, Ladonis filia scilicet, quæ nihil aliud erat, quæ calamus. Nam syringa vel fistula vel cantum fistula apud Græcos significat. Amavit etiam Lunam, quæ materia rerum omnium naturalium altorum beneficio & lung præcipue informatur, & ad procreationem properat. Ea materia cum Pan vocetur, mareque ipsum etiam intra se contineat, iure pan pescatorum etiam fuit Deus, quæ omnia breuiter complexus est Orph. in hymnis hoc pacto;
- 20

ἀρπαστούς κέρατα τρίχας φλεγοντάς μάλα.
φατετούς Σερπούς, φίδειν ακαθίητους.
αντεπούς δαρπαστούς πίτας, εὐτελετούς.
Εύεστας, Ερυτερός, Αργός φίλος, ποικίλης τερπούς.
ανεπτυγμένος τερπετούς, ασθενούς δάματος.
Harmoniam mundi faciens dulcedine cantus.
Terrorumq; autor mortalibus, & moderator.
Caprarum gaudens pistoribus atque bubulcis,
Musarum dux, & venator, amator & Echus.

- 30 Cunctorumque parentis idem celeberrime dñmor.

Atque totus ferè hymnus consumitur in commemorandis iis potestatibus & viribus, quæ tribuuntur elementis: quippe cum illud fuerit antiquorum institutum, ut sub fabularum fragmentis vniuersa naturæ consilia & seriem occultarent, vna cum viæ recte insituendæ præceptis: cum tamen Deorum fabulæ magis ad res naturæ hominō, ad mores magis pertinuerint. ac de Pan fatis, nunc dicatur de Satyris.

De Satyris.

Cep. VII.

40

Satyrorum origo quæ fuerit, aut è quibus parentibus sint geniti, vel ubi, vel qn esse cesperint, vel qua de causa fuerint Dii habiti ab antiquis, neque in quicquam antiquorum scriptorum fide dignum incidi, qui explicauerint, neq; ipse excogitare potui. At qd de his mihi cognita sunt putavi esse breuiter explicanda. Horum sententiam prætermittendam duxi, qui Fauni vel Saturni filios fuisse Satyros crediderunt, cum nullis certis rationibus nitantur. Plinius libro 7. nat. hist. animalia Satyros esse scribit velocissima, quæ quatuor pedes haberent, in subsolaniis Indorum montibus, humana